



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

24. Martij. 9. Cal. April.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

Unguē- incipit cogitare vias suas, colligat  
tum a- congerat, conteratq; in mortariolo  
nimæ conscientia multas ac varias species  
pæni- peccatorum suorum, & intrâ aestuan-  
tentis. tis pectoris ollam, simul omnia coquat  
igne pœnitentiæ, & doloris.



24. Martij. 9. Cal. April.

Obijt  
anno  
1606.

**B. JUSTE:** qui Justi nomine per omnia adimpleto, in Monte Sion semitas Justitiæ ingressus, multis religiosæ justitiæ operibus excelluisti. Tandem morbo tentatus, meruisti à B. Bernardo de Escobar de obitu tuo præmoneri: quam post devotam susceptionem Sacramentorum magno pietatis sensu oppetiisti. *Ora, ut per opera justitiæ consequi merear Gratiâ justificantem: atque coram justissimo Judice dignus inveniar aeterno Justorum consortio.*

Obijt  
anno  
1177.

**B. RUANDE:** qui ex Ordine Cisterciensi ad pastorales curas sedis Venetensis evocatus, vitæ sanctimoniam in claustro imbibitam studiosè conservans, post celebre viginti annorum regimien, à Bono Pastore Christo, ad recipiendam laborum tuorum mercedem



dem perduci meruisti. Verè Bonus Pa-  
 stor est illis Jesus, qui dulcissimæ eius voci  
 obediunt, inducendi post hanc vitam in  
 pascua paradisi cælestis. Sed heu! quoties  
 ego per aliena prata vagatus sum, lupum  
 secutus, pro pastore, propriam voluntatem!  
 Tu me errantem revoca, & Pastori clemen-  
 tissimo, ut me in gratiam recipiat, commen-  
 da.

Errans  
 ovīs re-  
 duci ad  
 pascua  
 rogat.

B. PETRE à S. BERNARDO, sa-  
 cræ Congregationis Fulienſium Supe-  
 rior Generalis. Ad quod munus te in-  
 gentia merita, præter insignem rerum  
 divinarum humanarumque experien-  
 tiam, provexere. His accedebat habi-  
 tus corporis, absolutam virtutum idæ-  
 am, tum gravitate, tum lenitate, re-  
 præsentans. Eximium decus est, morum  
 non affectata gravitas, temperata humili  
 mansuetudine. Animi est & virilis & vir-  
 tuosi indicium. Versetur ergo hoc vitæ tuæ  
 speculum ob oculos meos, ad cujus nor-  
 mam incultos mores meos componam.

Morum  
 gravi-  
 tas.

Venerabilis Virgo MARIA de Obiis  
 Christo, Abulensis monasterij in Hi-  
 spania sanctimonialis: quæ nixa vir-  
 tutum fundamento profundæ humili-  
 tatis, sanctimonix fabricam ad alti-  
 tudinem sideribus parem promovisti.  
 Nihil amabas, quod non saperet pau-  
 pertatem. Hinc vestitus abjectissimus;

K victus



victus, & parsimoniâ & vilitate tenui  
Corpus te accepisse ad torquendum,  
instar mancipij, non demulcendum,  
rata, ad eò ad frenorum patientiam al-  
suesfecisti: ut cum animus in coelestia  
nunquam non esset intentus; ante su-  
am mortem sensibus exuta videri po-

**Cura de** *tuert. Plerique mortales, sanè nostri*  
**anima.** *nominis obliti, cum hoc mundo insani-*  
*mus: dum cultum curâque, quam ani-*  
*mæ debemus, corpori impendimus. Fac, o*  
*prudens virgo, ut tecum meliorem partem*  
*eligam.*

S. BERNARDUS, ser. 23. in Cant.

**Ornan-** *Omnis cura sanctorum, spreto orna-*  
**ans ho-** *tu cultuq; superfluo exterioris sui ho-*  
**mo in-** *minis, qui certè corrumpitur, omni*  
**terior,** *diligentia se præbet, & occupat ex-*  
*colendo, & decorando interiori homi-*  
*ni, qui ad imaginem Dei est, & re-*  
*novatur de die in diem.*



25. Martij. 8. Cal. April.

**Obijt**  
**circa**  
**annum**  
**1197.**

**B** E I S O, vir eximie sanctitatis: qui  
ex Claravalle in Frisiam, patriam  
tuam, missus, Monasterium Claricam-  
pense